

litteris ac voci testium ab utroque trahunt immobile firmamentum. Notum igitur esse volumus universis tam presentis quam futuri evi fidelibus, quod, cum Henricus dictus Becherer burgensis noster de Vriberc villam Hildebrandisdorf sitam prope Vriberc, quam a nobis tenuit justo titulo feodali, cum omni jure et utilitate, que jam ex ipsa villa provenit vel provenire poterit in futurum, ac omnibus pertinentiis ad eandem villam, jure patronatus ecclesie dicte ville ipsi Henrico dumtaxat et suis heredibus reservato, et insuper quinque talenta annue pensionis, que idem Henricus in moneta nostra Vriberc a nobis similiter tenuit titulo prenotato, capelle ab eodem Henrico construende Vriberc apud hospitale beati Johannis ewangeliste ad honorem gloriose virginis ac matris Marie dotis nomine contulisset ob suorum et ipsius progenitorum remedium peccatorum, ita tamen quod idem Henricus et sui successores seu heredes jus patronatus capelle retineant memorate et senior suorum heredum aut successorum personam idoneam ad ipsam capellam, quociens vacare ceperit, possit et habeat presentare, nos ob honorem omnipotentis dei et gloriose virginis matris sue Marie necnon ob remedium anime nostre et dilecte conjugis nostre domine Agnetis bone memorie dictam villam Hildebrandisdorf cum omnibus suis pertinentiis et juribus, ut premissum est, ac predicta quinque talenta post liberam resignationem predictorum ville videlicet et talentorum ipsius Henrici in nostris manibus liberaliter factam ante dicte capelle in proprium dedimus ipsam villam et predicta quinque talenta proprietatis titulo perpetuo retinenda ac etiam possidenda, conditionibus et exemptionibus de jure patronatus sepe dicte ecclesie

litteris et voci testium ab utroque trahunt immo|bile firmamentum. Notum igitur esse volumus universis tam presentis quam futuri evi fidelibus, quod, cum | Henricus dictus Becherer burgensis noster in Vriberch vil- 5 lam Hildebrandisdorf sitam prope Vriberch, quam a nobis tenuit justo titulo feodali, cum omni jure et utilitate, que jam ex ipsa villa provenit vel provenire poterit in futurum, ac omnibus pertinentiis ad eandem villam 10 et eciam jure patronatus ecclesie predicte ville et insuper quinque talenta annue pensionis, que idem Henricus in moneta nostra Vriberch a nobis similiter tenuit titulo prenotato, capelle ab eodem Henrico 15 constructe Vriberch apud hospitale beati Johannis ewangeliste ad honorem gloriose virginis ac matris Marie dotis nomine contulisset in suorum et ipsius progenitorum remedium peccatorum, ita tamen quod idem 20 Henricus et sui successores sive heredes jus patronatus capelle retineant memorate et senior suorum heredum aut successorum personam idoneam ad ipsam capellam, quociens vacare ceperit, possit et habeat 25 presentare, nos ob honorem omnipotentis dei et gloriose virginis matris sue Marie necnon ob remedium anime nostre et dilecte conjugis nostre domine Agnetis bone memorie dictam villam Hildebrandisdorf cum 30 omnibus suis pertinentiis ac juribus ac etiam patronatu ecclesie ejusdem ville, ut premissum est, ac eciam predicta quinque talenta post liberam resignationem predictorum ville scilicet et talentorum ipsius 35 Henrici in nostris manibus liberaliter factam ante dicte capelle in proprium dedimus ipsam villam ac predicta quinque talenta proprietatis titulo perpetuo retinenda ac eciam possidenda, conditionibus de jure patronatus 40 sepe dicte capelle prefato Henrico et suis